

oportet esse aliquod, quod sit necesse esse, cuius ef-
se neque incepit, nec desinet. Quarta via est ex ordi-
ne rerum in entitate, & bonitate. Nam cernimus,
quodam alii esse meliora, nobilitora, atque perfe-
ctoria. idcirco oportet unum esse summum, & opti-
mum. Nam maius, & minus dicitur secundum ac-
cessum ad aliquod primum simpliciter tale. Quinta
via est ex ordine regimini vniuersorum. Vide-
mus enim, quod naturalia cognitione carentia ad
certum finem mouentur, quem etiam vt frequenter,
adspiciuntur. Non ergo ita a se ipsis mouentur, ne-
que a casu, sed ab auctore naturae, qui ipsi finem pre-
stipuit, ac inclinationem naturalem ad proprium fi-
nem impresit. Quis etenim finem non nesciat, no-
tendunt in eum, nisi a superiori cognoscente diriga-
tur. Hac Thomas loco praetexto. Qui & in Sum-
ma contra gentiles libro primo, hanc rationem sic
format: Impossibile est contraria, & dissonantia in
unum ordinem concordare semper, aut plures, ni-
scilicet superioris gubernatione, ex qua omni-
bus, singulisque tributur ad certum tendere finem.
Sed in mundo videmus res diuerarum naturarum
in unum ordinem concordare, non vt rarò, aut a
casu, sed semper, vel in parte maiori, oportet ergo
aliquem esse, cuius proutidencia mundus gubernet,
at diueria in unum ordinem redigantur. & hic
dicimus Deum. Et hac ratio a Damasceno induci-
tur, quam & 2. Physicorum inuitu commentator.
Hac Thomas.

Aegidius.

Proclus.

S. Diony.

¶ Insuper de hac scribit Aegidius: Quamus re-
periatur, quedam esse sic unum, vt in eis non exi-
stet diuersitas, non tamen possibile est, aliqua esse
ita diuersa, quod in eis, non inueniatur vniuersitas, qua-
da. propter quod scriberit in prima propoſitione
ne Procli Platonicī: Omnis multitudino participat
aliqualet vno. Et 13. de diuinis nominibus capi-
tulo, sanctus Dionyfius loquitur: Neque enim est
multitudine, non participans uno, que enim sunt ac-
cidentia multa, sunt vnum subiecto: & quæ mul-
ta sunt numero, vnum sunt specie, & quæ multa
sunt speciebus, vnum sunt genere: & quæ sunt mul-
ta processionebus, sunt vnum principio & hoc est,
que sunt multa generibus, sunt vnum analogia. Di-
cuntur enim diuersa genera, diuersa esse processio-
nibus: quia secundum generum variations, varia-
riant, & processiones'. In genere hanque colo-
rum est processus ab albo in nigrum, in genere quo
saporum non ab albo, sed ab amaro est processus
in dulce. Si ergo sunt plures veri dī, oportet
quod aliquo prædictor modorum participant
unitatem, quod dī non potest. Non enim iūm
plura accidentibus, & vnum subiecto, cum Deus
sit ens simplex, purum, abstractum. Nec sunt vnu-
m specie, & numero differentes, quoniam talis
pluralitas contingit ex parte materie, ut dicitur
leptim metaphysica. Deus autem est purus actus.
Nec dici potest, quod specie differant, & genere
vnum sint, quia sic esset in eis compositio ex gene-
re, & differentia, & effter in eis, aliquod potentiale,
a quo genus acciperetur: & esse limitatum habe-
rent, non perfectum, & infinitum. Nec sunt vnum
analogia, quia sic non essent æquales, nec omnes
absolutè perfecti. Præterea, si sunt plures dī, aut
sunt eiusdem naturæ, aut non: si sunt eiusdem na-
ture: ergo cum in Deo sint vnum, & idem natura,
& esse, erint simpliciter vnum: si vero non
sunt eiusdem naturæ, tunc vnum est Deus, aliud
non est Deus. siquidem ille tantum est Deus, qui
habet deitatis naturam. Hinc concludit philolo-

plus 12. Metaphysicæ, quod vnum est principium, Aristotel.
vnuusque, princeps, quia uidelicet entia nolunt
male disponi, pluralia autem principum mala.
Hac Aegidius.

¶ Vnde Richardus: Vnum tantummodo esse Richard.
Deum, rationibus, autoritatibusque probatur. Ait
enim Auicenna 1. Metaphysicæ sua: Eli quod omni-
ne necesse est esse, impossibile est aliquid esse compar,
& illud necesse esse nominat Deum. Nono quo
que Metaphysicæ sua: Vniuersitas, inquit, habet
principium, quod est unum: quia non est aliquid
ei nullo modo in suo esse communican, & pro-
pter hanc unitatem imparet ei aliquid omne. Trif-
megitus etiam in libro de diuinitate ad Asclepium,
dicit: Vnus est mundus, & vnuus est Deus. Vnde, &
Plato in primo Timæi, ex unitate exemplaris mundi
in mente diuina probat, q[uod] vnuus est mundus. De-
nique Anselmus in Monologion: Omnes inquit,
creatura aliquam habent connexionem, quoniam
partes sunt mundi vniuersi. Connexionem autem di-
uerterum oportet reducere ad aliquod vnum. In
proslogion quoque arguit: Deus est id, quo maius
cogitari non potest, & tale ems oportet esse non so-
lum in apprehensione, sed item in re: quia id sol-
um est in apprehensione, non est id, quo maius cogi-
tari non potest. Hac Richardus.

¶ Ad istud probandum Antifido dicens in exor-
dio Summa sua, Gulielmus Parrhisenensis primo li-
bro de uniuerso, Durandus in Scripto primo, multa
efficacia induxerunt motu: que breuitate studens
omittit, quia & virtualiter pro magna parte iam ha-
bita sunt.

¶ Postremo Alexander ad idem probandum, pri-
mo inducit argumentum Richardi de sancte Victo-
re, qui in libro suo de Trinitate, sic arguit: Videntur
q[uod] multa habeant sicut esse ab aliquo, ergo oportet
devenire ad aliquid, quod non habet esse sicut aliun
& illud oportet esse aeternum, cum nil posset fe-
ripum producere. Secundo inducit rationem Da-
masceni, quia omnem est vel causam vel in cau-
sa, vel auctem incansabile, hoc est eternum, &
inde pendens, nec alio indigen, utpote Deus: quod
nemo causabile, hoc est aliquo modo veribile, indi-
gēs, & imperfectum: ergo oportet illud a perfecto,
& independente fluxisse. Tertio arguit sic: Tota uni-
uersitas causatorum est causa, sine dicatur infinita-
ta, sine finite. Cumque nil sit fibjs ipsi causa, oportet
quod extra, & supra se habeat causam sui efficien-
tem, nec potest esse circulatio in causis efficiientibus,
& causulis. Nam sequeretur, quod idem est prius,
& posterius, & in eterno. Idcirco oportet esse
vnam summan, & primam omnium causam, in
qua sit status: quia quamus non ordinetur ad alia,
omnia tamen ordinantur ad ipsum, & sic ipsa est
primum in ordine entium. Hac Alexander. Qui,
& alijs modis idem demonstrat ex verbis Augustini,
& Anselmi.

¶ Nunc instance in oppositum facta, soluenda
sunt: & ad primam dicit Albertus, quod secundum
veram artem grammaticæ, nomen hoc Deus non
habet plurale, quia designat ens vnum incomuni-
cabile: & quando pluraliter dicitur, non propriè ne
que vnuocè sumitur, sed pro his, qui aliquo modo
participantur, dico vocantur.

¶ Ad secundam dicendum, q[uod] non est bonum
esse plura bona infinita, cum fit in se prorsus impos-
sibile, & confundere ordinem rerum, nec bono perfe-
cto increato, & infinito potest fieri bonitatis addi-
tio, sed soli bono creato. Ad tertiam dicit Bonaventu-
ra,

Aristotel.

Auicenna.

Trismegi-
sus.

Gulielmo.

Durandus.

Hales.

Damascene.

Albertus
Spinoza ad
infatiam
primam.Deus pro-
prie plura
li caret.

Ad 2.

et removit

Ad 3.